



anyle

C. 139

Lib. grammat. & antiquar,
in Oeder
N. 54.

II. 1. a 54.

5
E
SELECTORVM CARMINVM EX ANTIQVIS
POETIS


PARS PRIMA,

IN VSUM IUVENTVTIS
*iuxta exemplar Romanum
excusa.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica, sumptibus
Hermanni Mylij.

ANNO M. DC. XVII.



SELECTORVM

CARMINVM EX ANTI-

QVIS POETIS

PARS PRIMA.

CATVLLVS Ad Cornelium nepōtem.



dedo inuiphorum
Vi dono lepidum nouum libellum, *mau librum ee*
Mo. breui lapide exornata
Arido modo pumice expolitum?
Corneli, tibi namq; tu solebas *pebis a pumice op*
Meas esse aliquid putare nugas, *carminu*
ex illo tempore tenetur
Iam tum, cum ausus es vnus Ita-

lorum
Omne *entus* euum tribus explicare

profulo chartis libris
Doctis, Iuppiter, & laboriosis. *magno labore exquisitis*
Quare habe hoc tibi quicquid est libelli.
Qualecunq; quod o patrima virgo,
Plus vno maneat perenne seculo. *plusquam certum vno*

De Phaselo, quo in patriam re-
uectus est.

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauiam celerrimus:
Neq; vllius natantis impetum trabis
Nequisse praterire: siue Palmulis
Opus foret volare, siue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare littus, insulasve Cycladas,
Rhodumve nobilem, horridamve Thraciam,

SELECTORVM CARM.

Propontida, truce me Ponticum sinum:
Vbi iste post phaselus antea fuit
Comata sylua: nam Cythorico in iugo
Loquente saepe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica, & Cythore buxifer.
Tibi haec fuisse, & esse cognitissima
Ait phaselus. vltima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine:
Tuo imbuisse palmulas in aequore:
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, laua siue dextera
Vocaret aura: siue vtrumq; Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem:
Neq; vlla vota littoralibus dijs
Sibi esse facta, cum veniret à mari
Nouissimo hunc ad vsq; limpidum lacum.
Sed haec prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, seq; dedicat tibi
Gemelle castor, & gemelle Castoris.

Ad Veranium.

Veranni omnibus è meis amicis
Antistes mihi millibus trecentis,
Venistine domum ad tuos penates,
Fratresq; vnanimis, tuamq; matrem?
Venisti. ô mihi nuncijs beati.
Visam te incolumem; audiamq; Iberum
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos est tuus:
O quantum est hominum beatiorum,
Quid me latius est, beatiusve.

P A R S I.
In Ingratum.

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri
Aut aliquem fieri posse putare tuum.
Omnia sunt ingrata: nihil ferisse benigne est:
Imò etiam tædet; tædet, obestq; magis.
Va mihi, quem nemo grauius, nec acerbius vrget:
Quàm modò, qui me vnum, atq; vnicum ami-
cum habuit.

In Asinium.

Marrucine Asini, manu sinistra
Non belle vteris in ioco, atq; vino.
Tollis lintea negligentiorum.
Hoc falsum esse putas? fugit te inepte,
Quamuis sordida res, & inuenusta est.
Non credis mihi? Crede Pollioni
Fratrì, quia tua furti vel talenti
Mutari velit. est enim lepòrum
Disertus puer, ac facetiarum.
Quare aut hendecasyllabos trecentos
Expecta: aut mihi linteum remitte,
Quod me non mouet aestimatione,
Verùm est $\mu\nu\eta\mu\beta\omicron\zeta\omega\upsilon\nu$, mei sodalis.
Nam sudaria Setaba ex Iberis
Miserunt mihi mureri Fabullus,
Et Verannius. hoc amern necesse est,
Vt Veranniolum meum, & Fabullum.

Ad seipsum.

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
Est homini, cùm se cogitat esse piùm:

A 3

Nec

SELECTORVM CARM.

Nec sanctam violasse fidem, nec foedere in vlllo
 Diuum ad fallendos numine abusum homines :
 Multa parata manent in longa etate Catulle
 Ex hoc ingrato gaudia amore tibi, (possunt,
 Nam quaecunque homines bene cuiquam aut dicere
 Aut facere, haec à te dictaque, factaque sunt.
 Omnia quae ingratae perierunt credita menti.
 Quare te iam cur amplius excrucies?
 Quin te animo obfirmas itaq; instructoq; reducis?
 Eo dijs inuitis desinis esse miser?
 Vna salus haec est hoc est tibi peruincendum:
 Hoc facies, siue id non pote, siue pote.
 O dij, si vestrum est misereri, aut si quibus vnquam,
 Extremam iam ipsa in morte tulistis opem,
 Me miserum aspiciate: & si vitam puriter egi,
 Eripite hanc pestem, perniciemq; mihi:
 Quae mihi subrepens imos, vt torpor, in artus,
 Expulit ex omni pectore latitias.

Ad seipsum, de aduentu Veris.

Iam ver egelidos refert tepores:
 Iam celi furor equinoctialis
 Iucundis Zephyri filescit auris:
 Linquntur Phrygiæ Catulle campi.
 Nicea q; ager vber aestuosa.
 Ad claras Asia volumus vrbes.
 Iam mens praetrepidans auet vagari:
 Iam leti studio pedes vigeſcunt.
 O dulces comitum valete cœtus.
 Longè quos simul à domo profectos,
 Diuersos variè via reportant.

Ad M.

P A R S I.

Ad M. Tullium Ciceronem.

Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt, quotq; fuere, Marce Tulli,
Quotq; post alijs erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnium poeta:
Tanto pessimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Ad Ortalum.

Et si me assiduo confectum cura dolore
seuocat à doctis, Ortale, virginibus:
Nec potis est dulcis Musarum expromere factus
Mens animi, tantis fluctuat ipsa malis:
Namq; mei nuper Lethaeo gurgite fratris,
Pallidulum manans alluit vnda pedem,
Troia Rhateo quem subter littore tellus,
Ereptum nostris obterit ex oculis.
Allaquare? audierone vnquam tua verba loquentem?
Nunquam ego te, vita frater amabilior,
Aspiciam post hac? at certè semper amabo,
Semper mœsta tua carmina morte canam:
Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias, absumpti fata gemens Ityli.
~~Sed~~ tamen in tantis mœroribus, Ortale, mitto
Hæc expressa tibi carmina Battiada:
Ne tua dicta vagis ne quicquam credita ventis
Effluxisse meo fortè putes animo.
Ut missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,

SELECTORVM CARM.

Quod misera oblita molli sub veste locatum
Dum aduentu matris profilit, excutitur:
Vtq; illud prono praeceps agitur decursu,
Huic manat tristi conscius ore rubor.

TIBULLVS LIB. I. ELEG. I.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera multa soli: arata terra
Quem labor assiduus vicino terreat hoste; appropinquat
Martia cui somnos classica pulsa fugent; abigunt
Me mea paupertas vite traducat inertem, agresti
Dum meus assiduus luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manus
Nec spes desituat, sed frugum semper aceruos
Præbeat, & pleno pingua musta lacu. vase
Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, campi
Seu vetus in trivio florida ferta lapis:
Et quodcumq; mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricola ponitur ante Deos.
Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, qua templi pendeat ante fores.
Vos quoq; felices quondam, nunc pauperis agri
Custodes fertis munera vestra lares. hinc
Tunc vitula innumeros lustrabat casa iuuenos,
Nunc agna exigui est hostia parua soli.
Agnacadet vobis, quam circum rustica pubes inuento
Clamet, Iô messes, & bona vina date.
Iam modò non possum contentus viuere paruo,
Nec semper longa deditus esse via: longa timere
Sed

P A R S I.

Ancs uimulu: colores delectuoy
 Sed canis aestiuos ortus vitare sub umbra
 Arboris, ad riuos praterentis aqua. *rius q fluit ex monte*
 Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem, *crubeho appetentib*
 Aut stimulo tardos increpuisse boues: *representasse*
 Non agnamve sinu pigeat, foetumve capella *tridet purum*
 Desertum oblita matre referre domum.
 At vos exiguo pecori furesq lupiq *tam quam*
 Parcite: De magno est praeda petenda grege. *trahim*
 Hic ego pastoremq meum lustrare quotannis, *tam mactem*
 Et placidam soleo spargere lacte Palem. *illinere*
 Adsitis diui: nec vos e paupere mensa *oblata*
 Dona, nec e puris spernite fictilibus. *vafis*
 Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis *instituit*
 Pocula, de facili composuitq luto. *de unguilla*
 Non ego diuitias patrum fructuq, requiro,
 Quos tulit antiquo condita messis auo. *iniqua*
 Parua seges satis est, satis est requiescere lecto *interit*
 Scilicet & sol: to membra lenare i thoro. *in pice*
 Ad Messalam. Elig. 3. *hiliabat*
 Ibitis Aegaeas sine me, Messala, per undas: *mare eborum*
 Optinam memores ipse, cohorsq, mei. *valerius corvius*
 Me tenet ignotis agrum Phacia terris. *infala corvina*
 Abstineas auidas mors precor atra manus. *colibua, mortu mea, roto cruehis*
 Abstineas, mors atra, precor, non hic mihi mater,
 Quae legat in mcestos ossa perusta sinus. *colibua, mortu mea, roto cruehis*
 Non soror. Assyrtos cineri quae dedat odores. *practrales offerat*
 Et fleat effusis ante sepulchra comis: *monumentu*
 Delia non vsquam, quae mecum mitteret vrbe, *conuictu*
 Dicitur ante omnes consultasse deos. *practrales offerat*
 Illa sacras pueri sortes ter susulit: illi *lapis pro sorte*

SELECTORVM CARM.

Rettulit è triuijs omnia certa puer. ^{(quam,}
 Cuncta dabant reditum: tamen est deterrita nun-
 Quin staret nostras respiceretq; vias.
 Ipse ego solator, cum iam mandata dedissem,
 Querebam tardas anxius vsq; moras.
 Aut ego sum cau, atus aues, aut omnia dira
 Saturni sacra me tenuisse die.
 O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi
 Offensum in porta signa dedisse pedem.
 Ex eadem. ^{ante Deo}
 Quam bene Saturno viuebant rege prius, quam
 Tellus in longas est patefacta vias.
 Non dum caruleas pinus contempserat vndas,
 Effusum ventis praeberatq; sinum:
 Nec vagus ignotis repetens compendia terris
 Presserat externa nauita merce ratem:
 Illo non validus subijt iuga tempore taurus,
 Non domito frenos ore momordit equus:
 Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,
 Qui regeret certis sinibus arua lapis. ^{limes creta}
 Ipsa mella dabant quercus, vltroq; ferebant
 Obuia securis vbera lactis oues.
 Non acies, non ira fuit, non belli, nec enses
 Immiti seuius duxerat arte faber.
 Nunc Ioue sub domino cedes, & vulnere semper:
 Nunc mare nunc lethi mille repente via.
 Parce pater, timidum non me periuria terrent,
 Non dicta in sanctos impia verba deos.
 Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,
 Fac lapis inscriptis stet super ossa notis:

Hic

PARS I.

^{sepultus} ⁱⁿ ^{heli} ^{ab} ^{humis}
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequiturq; mari.

TIBULLVS LIB. II. Eleg. I.

^{grandis} ^{circum} ^{est} ^{agros}
Ambarualis sacrificij descriptio.

^{presens} ^{norminatus} ^{divinus} ^{negotium} ^{esse} ^{hinc}
Quisquis adest, faueat: fruges lustramus, & agros, ^{exigere} ^{per} ^{hinc}
^{ritus} ^{ut} ^a ^{prisco} ^{traditus} ^{extat} ^{avo}, ^{fundere} ^{est} ⁱⁿ ^{hinc}
Bacche veni,, dulcisq; tuis e cornibus vva
^{pendeat} ^{et} ^{spicis} ^{tempora} ^{cinge} ^{Ceres}.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator ⁱⁿ ^{hinc}
Et graue suspenso vomere cesset opus. ^{longe} ^{an} ^{an}
Soluite vincla iugis: nunc ad praesepia debent ^{recede}
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sunt operata Deo, non audeat vlla mulier
^{lanificam} ^{penis} ^{imposuisse} ^{manum}. ^{que} ^{facit} ^{lana} ^{conibus}
CASTA placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.
Cernite fulgentes vt eat sacer agnus ad aras, ^{placidum}
Vinclaq; post olea candida turba comas. ^{capillos}
Dij patrij purgamus agros, purgamus agrestes. ^{nitenti} ^{longa}
Vos mala de nostris pellite limitibus. ^{nitenti} ⁱⁿ ^{breui}
Neu seges eludat messem fallacibus herbis,
Neu timeat celes tardior agna lupos, ^{veloces}
Tunc nitidus plenis confusus rusticus agris ⁱⁿ ^{segetibus}
Ingeret ardenti grandia ligna foco.
Turbaq; vernarum saturi bona signa coloni ^{rustici}
Ludet, & ex virgis extruet arte casas. ^{clummeantam}
Et entura precor: viden vt felicibus extis ⁱⁿ ^{extis}
Significet placidos nuncia sibra Deos?

Nunc

SELECTORVM CARM.

^{iam} Nunc mihi fumosos veteres ^{celebre} proferte ^{ma optima} falernos

^{celebramus} Consulis, & ^{diem potando} Chio ^{dic esto} soluite ^{ebrium} vincla ^{et singula} cado.

Vina diem ^{et} celebrent, non ^{ita} fesa luce ^{non bene} madere esse

Est rubor, errantes & male ferre pedes.

^{bene} Nunc ^{breue} Messalam sua quisq; ad pocula dicat:

Nomen & absentis, singula verba sonent

Gentis Aquitanae ^{proclama} celebrer ^{propter} Messala triumphis,

Et magna ^{Messala} intonsis gloria victor, ades. ^{mesala}

Huc ades ^{type} aspira q; mihi, dum carmine nostro

Redattur agricolis gratia ^{describo} cœlitibus ^{humana} dij q; habent ^{agroru} curam

Rura cano, rurisq; Deos: his vita magistris ^{assuefuit ad alium cibum}

Desuevit querna pelleret glande famem.

^{dij} Illi compositis ^{erectis} primùm docuere ^{ramusculis} tigillis ^{tegere} ^{figus nix} ^{lut vsq}

Exiguam ^{claudere} viridi ^{cafam} fronde ^{operire} operire domum. ^{par}

Illi etiam tauros ^{operire} primi ^{operire} docuisse ^{operire} feruntur ^{operire} diuinit

Seruitium & ^{quando} plastro ^{res irripit} supposuisse ^{quando} rotam.

Tunc victus abiere ^{quando} feri, tunc ^{quando} consita ^{quando} pomus.

Tunc bibit ^{quando} irriguas ^{quando} fertilis ^{quando} hortus ^{quando} aquas. ^{quando} rigata

Aurea tunc ^{quando} pressos ^{quando} predibus ^{quando} dedit ^{quando} vua ^{quando} liquores,

Mistaq; ^{quando} securo ^{quando} est ^{quando} sobria ^{quando} lymphæ ^{quando} mero. ^{quando} honiæ ^{quando} relin

Rura ferunt ^{quando} messes, ^{quando} calidi ^{quando} tum ^{quando} sideris ^{quando} astu ^{quando} sunt ^{quando} sobrii

Deponit ^{quando} suas ^{quando} annua ^{quando} terra ^{quando} comas. ^{quando} segetem

Rure leuis ^{quando} verno ^{quando} flores ^{quando} apis ^{quando} ingerit ^{quando} alueo, ^{quando} in ^{quando} vase ^{quando} ubi ^{quando} cond

Compleat ^{quando} ut ^{quando} dulci ^{quando} sedula ^{quando} melle ^{quando} fauos. ^{quando} culus

Agricola ^{quando} assiduo ^{quando} primùm ^{quando} satiatus ^{quando} aratro

Cantauit ^{quando} certo ^{quando} rustica ^{quando} verba ^{quando} pede: ^{quando} certa ^{quando} ordine ^{quando} dispoji

Et satur ^{quando} arenti ^{quando} primùm ^{quando} est ^{quando} modulatus ^{quando} auena

Carmen, ^{quando} ut ^{quando} ornatos ^{quando} duceret ^{quando} ante ^{quando} Deos.

Agricola ^{quando} & ^{quando} minio ^{quando} suffusus ^{quando} Bacche ^{quando} rubenti

Primus ^{quando} in ^{quando} experta ^{quando} duxit ^{quando} ab ^{quando} urbe ^{quando} choros.

Huius

Baccho ablaty PARS I.

Huic datus à pleno memorabile munus ouili vitibus

^{capere} ^{proceperat}
Dux pecoris hircus duxerat hircus oues.

Rure puer verno primum de flore coronans ^{setum}

Fecit, & antiquis imposuit laribus. ^{his domesticis}

Rure etiam teneris curam exhibitur a puellis ^{multis}

Molle gerit tergo lucida vellus ouis. ^{lana compositata & sumitur cu}

Hinc & ^{scemineus} labor est: hinc pensa, colusq; ^{et cute in quo ad huc est}

Fusus & appposito pollice versat opus.

Atq; aliqua assidue tatrix operata Mineruam ^{tetam}

Cantat, & appulso ^{telam} sonat latere. ^{quandocumque applicant latus}

PROPERTIUS LIBRO I.

Gallus loquitur.

Tu, qui consortem ^{festinas} properas euadere casum. ^{periculum simile}

Miles ab Hetruscis ^{saucius} aggeribus. ^{avallo}

Quid nostro gemitu ^{turgentia} lumina torques? ^{affligis}

Pars ego sum vestrae proxima militia.

Sic te seruato, ut possint gaudere parentes:

Hac soror acta tuis sentiat e lacrymis, ^{ex flata}

Gallum per medios ereptum Caesaris enses.

Effugere ignotas non potuisse manus. ^{latronum}

Et quicumq; ^{super} dispersa ^{intenerit} ossa

Montibus Hetruscis, haec ^{sciat} esse mea. ^{galli}

Ad Tullum, de patria sua. ^{patria}

Qualis & ^{unde} genus, qui sint mihi, Tulle, penates,

Quaris, pro nostra semper amicitia.

Si Perusina tibi patria sunt nota sepulchra, ^{in terra perusina}

Italiae duris funera temporibus,

Cum Romana suos egit discordia ciues: ^{affligit}

(Sit mihi praecipue pulvis Hetrusca dolor;

TH

SELECTORVM CARM.

Inimide Tu proiecta mei perpeffa es nlembra propinquit,
permissisti ossa amici
quidamque artem est sepeliri cadaver
Tu nullo miseri contemis ossa solo.
proxime ubiacenti attingens regio agro
Proxima supposito contingens Vmbria campo *Lebruriam*
Megenuit, terris fertilibus vberibus. *abundantibus*

Lib. II. Eleg. 6.

Quae Quae manus obscenas depinxit prima tabellas, *imagines*
Et Et posuit casta turpia visa domo, *in vndis adibz*
Illam Illa puellarum ingenios corrupit ocellos,
Nequitiaq; sua noluit esse rudes. insuas
Ab gemat Ab gemat in terris ista qui protulit arte
Turgia sub tacita condita latitia gaudio
Non istis olim variabant tecta figuris, turpilo
Cum paries nullo crimine pictus erat.
Sed non immerito velauit aranea fanum;
Et mala desertos occupat herba Deos. imagines Deorum

Ad Musam.

Iam Iam tempus lustrare alijs Heliconae choreis, *alio saltu*
Et Et campum Aemonio iam dare tempus equo,
Iam libet & fortes memorare ad proelia turmas;
Et Romana mei dicere castra ducis. principis
Quod si deficiant vires, audacia certe
Laus erit. In magnis & voluisse sat est.
Nunc volo subducto grauior procedere vultu:
Nunc aliam citharam me mea Musa docet,
Surge anima ex humili iam carmine: sumite vires
Pierides: magni nunc erit oris opus. opera defendere
Iam negat Euphrates equitem post terga tueri
Parthorum, & Crassos se tenuisse, dolet. Euphrates
India quin Auguste tuo dat colla triumpho;
Et domus intacta te tremit Arabia.

Et, si

P A R S I.

^{liqua} Et, si qua extremis tellus se subtrahit oris, ^{in ultimis partibus}
^{postquam frangata} Sentiet illa tuas postmodo victa manus. ^{dominaboris}
^{bellum ipsum sequar poeta exercitum} Hac ego castra sequar vates: tua astra canendo,
^{in hunc} Magnus ero, sequent hunc mihi fata diem, ^{voluntas divina}
^{quoniam modus} Ut caput in magnis, ^{in quo non datur} ubi non est tangere, signis
^{collocat} Pontiar hic imos ante corona pedes: ^{in infima parte}
^{eodem modo sortem, exiguus} Sic nos nunc inopes laudis conscendere carmen,
^{de pauperibus lauri tibi pro solis abicita} Pauperibus sacris vilia thura damus. ^{eres}
^{te nos qui sunt dedicati mihi nonno verunt} Nondum etiam A. credis norunt mea carmina son- ^{Aferens fas}
^{tantum modo, in vermes} Sed modo Permessi, flumine lauit Amor. poeta ego

PROPERTIUS LIBRO III.

Callimachi & Philetæ manes inuocat, vt sibi

adsint in scribendis elegijs, &c.
^{anima quæ in Callimachi ex Callimacho anima} Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ, illis poeta ^{in insula co}
^{roga} In vestrum, quæso, me sinite ire nemis. ^{in hunc in vestra inuocatio}
^{in hunc} Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos ^{poeta}
^{ansoniis} Itala per Graios orgia ferre choros. ^{per multitudinem grecorum}
^{ad hunc} Dicite quo pariter carmen tenuistis in antro, ^{spelunca}
^{qua vultu oru} Quove pede ingressi, quampe bibistis aquam. ^{ex qua venat poetica}
^{perdit deum subiecta. vi. acti non} Ah valeat, Phœbum quicumq; moratur in armis.
^{accurate et politus} Exactus tenui pumice versus eat. ^{progediati}
 Quo me fama leuat terra sublimis, & à me
 Nata coronatis Musa triumphat equis:
 Et mecum in curru parui vectantur amores,
 Scriptorumq; meas turba secuta rotas.
 Quid frustra missis in me certatis habenis?
 Non datur ad Musas currere lata via.
 Multi Roma tuas laudes annalibus addent,
 Qui finem imperij Bactra futura canent.
 Sed quod pace legas, opus hoc de monte sororum
 Detulit intacta pagina nostra via.

Mollis

SELECTORVM CARM^o

^{revera} ^{ma} ^{comparat} ^{propertio}
Mollia Pegasides vestro dateserta poeta.

^{commoda} ^{aspet}
Non faciet capiti auro corona meo.

^{anoxu} ^{multitudo}
At mihi quod viuo detraxerat inuidia turba,

^{usam} ^{mod} ^{quod} ^{dehinc} ^{et}
Post obitum duplici scenore reddet honos.

^{facit} ^{antiquitas}
OMNIA post obitum fingit maiora vetustas.

^{et abiete factu} ^{post} ^{ans}
MAIVS ab exequijs nomen in ora venit

^{exertat} ^{facit}
Nam quis equo pulsas abiegro nosceret arces? ^{pergama}

^{tantum} ^{synocenta} ^a ^{propertio} ^{offugnatu}
Fluminatq; A Emonio cominus esse viro?

^{ex monte} ^{id est} ^{synocenta} ^{louis} ^{cunabula} ^{parui}?

^{viru} ^{summa} ^{transura} ^{inhiberet} ^{puerum} ^{mentasse} ^{arrigim}
Hectora per campos ter maculasse rotas? ^(mis)

^{nobilem} ^{triumphum} ^{frater} ^{deiphobi} ^{non} ^{huit} ^{tam} ^{celeber} ^{ordinis} ^{quoad} ^{doctrina}
Deiphobumq; Helenumq; & Polydamanta sine ar-

^{exigua} ^{lande} ^{parin} ^{vix} ^{sua} ^{nosset} ^{humus}.

^{sermo} ^{fores} ^{nunc} ^{Ilion}, & tu

^{regio} ^{Troia} ^{bis} ^O ^{Ete} ^{numine} ^{capta} ^{Dei}: ^a ^{monte} ^{eta} ^{ibi} ^{fuit} ^{se}

^{ex du} ^{sunt} ^{tor}
Nec non ille tui casus memorator Homerus ^{pulch}

^{post} ^{terro} ^{Posteritate} ^{suum} ^{cre} ^{scere} ^{sensit} ^{opus}, ^{carmina}

^{arce} ^{celebrabit} ^{Roma} ^{nepotes};

^{illum} ^{post} ^{cineres} ^{auguror} ^{esse} ^{diem}.

^{non} ^{mea} ^{contempto} ^{lapis} ^{indacet} ^{offi} ^{sepulchro};

^{profectu} ^{Prouisum} ^{est}, ^{Lycio} ^{vota} ^{probante} ^{Deo}.

^{Orpheu} ^{te} ^{tenuisse} ^{feras}, & ^{concita} ^{dicunt}

^{Flumina} ^{Threicia} ^{detinuisse} ^{lyra}.

^{Sedia}, ^{facies} ^{Saxa} ^{Citheronis} ^{Thebas} ^{agitata} ^{per} ^{artem} ^{propho}

^{Baccho}, ^{Sponte} ^{sua} ⁱⁿ ^{muri} ^{membra} ^{conisse} ^{ferunt}:

Quin etiam Polypheme fera Galathea sub Aetna

Ad tua rorantes carmina flexit equos.

Miremur, nobis & Baccho, & Apolline dextro,

Turba puellarum si mea verba colit.

Quod non Tenarijs domus est mihi fulta columnis

Nec camera auratas inter eburna trabes

Nec

P A R S I.

Nec mea Pheacias equant pomaria sylvas,
 Non operosa rigat Martius antra liquor:
 At Musæ comites, & carmina chara legenti,
 Et defessa chorus Calliopea meis.

Nam neq; pyramidum sumptus ad sidera ducti
 Nec Iouis Elei cælum imitata domus,
 Nec Mausoleus diues fortuna sepulchri

Mortis ab extrema conditione vacat:
 Aut illis flamma, aut imber subditæ honores,
 Annorum aut ictu pondera victa ruent.

At non ingenio questum nomen ab ævo
 Excidet. INGENIO stat sine morte decus.

Elegia III. Descriptio triumphi.

Arma Deus Caesar ditès meditatúr ad Indos,
 Et freta gemmiferi sindere classe maris.

Magna viri merces parat vltima terra triumphos
 Tigris & Euphrates sub tua iura fluent.

Sera sed Ausonijs veniet prouincia virgís,
 Assuescent Latio parta trophæa Ioui.

Ite, agite, experta bello date lintea proræ,
 Et solitum armigeri ducite menus equi.

Omnia fausta cano: Crassos, cladesq; piate:
 Ite, & Romana consulite historia.

Mars pater, & sacra fatalia lumina Vestæ,
 Ante meos obitus sit, precor, illa dies:

Qua videam spolijs onerato Casaris axe,
 Ad vulgi plausus sepè resistere equos:

Tela fugacis equi, & braccati militis arcus,
 Et subter captos arma sedere duces.

Ipsa tuam prolem serua Venus. hoc sit in æuüm;

B

Cer-

SELECTORVM CARM^o

Cernis ab Aenea quod superesse caput.
Præda sit hæc illis, quorum meruere labores:
Miserat erit, media plaudere posse via.
De morte Pæti ob auaritiã.
Ergo sollicitæ tu causa, pecunia, vitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Petum ad Pharios tendentem linteã portus
Obruis insano terq, quaterq, mari.
Nam dum te sequitur, primo miser excidit auo,
Et noua longinquis piscibus esca natat.
Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis,
Cum moribunda niger clauderet ora liquor:
Dij maris, Aegæi, quos sunt penes æquora, venti,
Et quæcunq, meum degrauat vnda caput:
Quorapitis miseros primæ lanuginis annos?
Attulimus longas in freta vastã manus.
Ab miser halcyonum scopulis affigat acutis?
In me ceruleo fuscina sumpta Deo est?
At saltem Italiæ regionibus euehat æstus:
Hoc de me sat erit si modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus,
Vltima quæ Pæto noxq, diesq, fuit.
Pete quid ætatem numeras? quid chara natantẽ
Mater in ore tibi est? non habet vnda Deos.
Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.
Et mater non iusta piæ dare debita terra,
Nec pote cognatos inter humare rogos.

Sed

P A R S I.

Sed tua nunc volucres adstant super ossa marine:
 Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
 Infelix Aquilo raptæ timor Oribyia,
 Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi?
 Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina?
 Portabat sanctos alueus ille viros.
 O centum æquorea Nereo genitore puellæ,
 Et tu materno tacta dolore Thetis:
 Vos docuit lasso supponere brachia mento:
 Non poterat vestras ille gravare manus.
 Reddite corpus humo: positaq; ingurgite vitæ
 Patum sponte tua vilis arena tegas:
 Ut quoties Peti transibit nauta sepulcrum,
 Dicat: Et audaci tu timor esse potes.
 Iterates curvæ, & lethi quoq; texite causam:
 Ista per humanas mors venit acta manus.
 Terrarum fuerat terris adiecimus vndas.
 Fortune miseræ auximus arte vias.
 Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
 Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
 Natura insidians Pontum substravit avaris:
 Ut tibi succedat, vix semel esse potest.
 Ventorum est quodcumq; paras, haud vlla carina
 Consenuit: fallit portus & ipse fidem.
 Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
 Qua notat Argiui pœna minantis aquæ,
 Hoc iuvene amisso, classem non soluit Atrides:
 Pro qua mactata est Iphigenia mora.
 Sexta triumphales fregere Capharea puppes,
 Naufraga cum vasto Grecia tacta salo est.

SELECTORVM CARM°

Paulatim sociũm iacturam fleuit Vlysses,
In mare cui soli non valere doli.
Hunc paruo ferri vidit nox improba ligno,
Pædus vt occideret tot coiere mala.
Non tulit huic pectus stridorem audire procella,
Et duro teneras ledere fune manus:
Sed Thia thalamo, aut Oricis terebinthi,
Effulta pluma versicolore caput.
Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues,
Et miser inuisam traxit hiatus aquam.
Quod si contentus patrio boue verteret agros,
Verbaq; duxisset pondus habere meas:
Viueret ante suos dulcis conuiuia penates,
Pauper, & in terra, nil vbi flere potest.

PROPERTIUS LIBRO IV.

TABVLA VERTVMNI.

Quid mirare meas tot in vno corpore formas?
Accipe Vertumni signa paterna Dei.
Thuscus ego, Thuscis orior: nec pœnitet inter
Prœlia Volscinos deseruisse focos.
Nec me turba iuuat, nec templo lætor eburno:
Romanum satis est posse videre forum.
Hac quandam Tyberinis iter faciebat: & aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos.
At postquam ille suis tantum concessit alumniis,
Vertumnus verso dicor ab amne Deus:
Seu quia ver tentis fructum percepimus anni,
Vertumni rursus credidit esse sacrum.

Pri-

P A R S I.

Prima mihi variat liuentibus vua racemis,
 Et coma lactenti spicea fruge tumet:
 Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
 Cernis, & aestiuo mora rubere die.
 Infitor hic soluit pomosa vota coronâ,
 Cùm pyrus inuito stipite mala tulit.
 Mendax fama nocet, alius mihi nominis index.
 De se narranti tu modò crede Deo.
 Opportuna mea est cunctis natura figuris:
 In quamcunq; voles verte, decorus ero.
 Da falcem & torto frontem mihi comprime fœno:
 Iurabis nostra gramina secta manu.
 Arma tuli quondam, & memini, laudabar in illis:
 Corbis & imposito pondere, messor eram.
 Sobrius ad lites. at cùm est imposta corona,
 Clamabis, capiti vina subisse meo.
 Cinge caput mitra speciem furabor Iacchi:
 Furabor Phœbi si modò plectra dabis.
 Casibus impositis venor: sed arundine sumpta,
 Faunus plumoso sum Deus aucupio.
 Est etiam auriga species Vertumnus, & eius
 Traiçit alterno qui leue pondus equo.
 Suppetat hoc, pisces calamo prædabor: & ibo
 Mundus demissis institor in tunicis.
 Pastorem ad baculum possum curare, vel idem
 Sirpiculis medio puluere ferre rosam. (est,
 Nam quid ego adijciam, de quo mihi maxima fama
 Hortorum in manibus dona probata meo?
 Ceruleus cucumis, tumidoq; cucurbita ventre
 Me notat, & iunco brassica vindeta leui.

SELECTORVM CARM.

Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante meae.
At mihi, quod formas vnus vertebar in omnes,
Nomen ab euentu patria lingua dedit.
At tu Roma meis tribuisti premia Thuscis,
Vnde hodie vicus nomina Thuscus habet:
Tempore quo socijs veniet Lycomedius armis,
Atq; Sabina feri contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atq; hostes turpi terga dedisse fugae.
Sed facias diuūm sator, vt Romana per euum,
Transseat ante meos turba togata pedes.
Sex superant versus: te qui ad vadimonia curris,
Non moror. hec spatijs vltima met a meis.
Stipes acernus eram properanti falce delatus,
Ante Numam grata pauper in vrbe Deus,
At tibi Mamuri formæ calator ahena
Tellus artifices ne terat Osca manus:
Qui me tam dociles potuisti fundere in vsus,
Vnum opus est, operè non datur vnus honos.

DE ACTIACA PVGNA
Nauali.

Sacra facit Vates: sint ora fauentia sacris,
Et cadat ante meos ic̄ta iuuenca focos.
Cera Philetis certet Romana corymbis,
Et Cyrenæas vrna ministret aquas.
Costum molle date, & blandi mihi thuris honores:
Terq; focum circa lanæus orbis eat.
Spargite me lymphis, carmenq; recentibus aris:
Tibia Mygdontis libet eburna cadis.

Ite

P A R S I.

Ite procul fraudes: alio sint aere noxa.
 Pura nouum vati laurea mollit iter.
 Musa Palatini referentis Apollinis adem,
 Res est, Calliope, digna fauore tuo
 Caesaris in nomen ducuntur carmina. Caesar
 Dum canitur, quaeso, Iuppiter, ipse vaces.
 Est Phœbæ fugiens Athamana ad littora portus,
 Qua sinu Ionie murmura condit aqua.
 Adia Iuleæ pelagus monimenta carinae
 Nautarum votis non operosa via.
 Huc mundi coiêre manus, stetit æquore moles
 Pineæ, nec remis æqua fauebat auis.
 Altera classis erat tenero damnata Quirino,
 Pilaq; scæminea turpiter apta manu.
 Hinc Augustaratis plenis Iouis omine velis,
 Signaq; iam patriæ vincere docta sua.
 Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
 Armorum & radijs picta tremebat aqua:
 Cùm Phœbus linquens stantem se vindice Delon
 (Nam tulit iratos mobilis vna Notos)
 Astitit Augusti puppem super, & noua flamma
 Luxit in obliquam ter sinuata facem.
 Non ille attulerat crines in colla solutos,
 Aut testudineæ carmen inerme lyra,
 Sed quali aspexit Pelopeum Agamemnona vultu,
 Egeßitq; auidis Dorica castra rogis:
 Aut qualis flexos soluit Pythona per orbes
 Serpentem, imbelles quem timuere lyra.
 Mox ait: ô longa mundi seruator ab Alba
 Auguste, Hectoreis cognite maior auis,

SELECTORVM CARM.

Vince mari: iam terra tua est: tibi militat arcus,
 Et fauet ex humeris hoc onus omne meis.
 Solue metu patriam, quæ nunc te vindice freta,
 Imposuit proæ publica vota tua.
 Quam nisi defendes, murorum Romulus augur
 Ire Palatinas non bene vidit aues.
 Et nimium remis audent propè turpè Latinis
 Principe te fluctus regia vela pati.
 Nec te, quod classis centenis remiget alis,
 Terreat: inuito labitur illa mari.
 Quodq; vehunt proæ Centaurica saxa minantes,
 Tigna caua, & pictos experiere metus.
 Frangit, & attollit vires in milite causa:
 Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.
 Tempus adest: committe rates: ego temporis autor
 Ducam laurigera Iulia rostra manu.
 Dixerat, & pharetra pondus consumit in arcus,
 Proxima post arcus Caesaris hasta fuit.
 Vincit Roma fide Phœbi: dat foemina pœnas:
 Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
 At pater Idalio miratus Caesar ab astro:
 Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides,
 Prosequitur cantu Triton, omnesq; marina
 Plauserunt circa libera signa Deæ,
 Illa petit Nilum, cymba male nixa fugaci:
 Hoc vnum iusso non moritura die.
 Dÿ melus, quantus mulier foret vna triumphus,
 Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.
 Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quod eius
 Vna decem vicit missa sagitta rates.

Bella

P A R S I.

Bella satis cecini: citharam iam poscit Apollo
Victor, & ad placidos exiit arma choros.
Candida nunc molli subeant conuiuia ludo,
Blanditiæq; fluant per mea colla rose:
Vinaq; fundatur praelis elisa Falernis,
Terq; lauet nostras spica Cilissa comas.
Ingenium potis irritet Musa poetis.
Bacche soles Phœbo fertilis esse tuo.
Ille paludosos memoret seruire Sicambros,
Cepheam hic Meroen fuscaq; regna canat:
Hic referat serò confessum fœdere Parthum,
Reddat signa Remi: mox dabit ipse sua.
Siue aliquid pharetris Augustus parcat Eois,
Differat in pueros ista trophæa suos.
Gaude Crasse nigras si quid sapis inter arenas:
Ire per Euphraten ad tua busta licet.
Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec
Inijciat radios in mea vina dies.

EX HORATIO.

LIB. EPOD. Ode 2.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore:
Nec excitatur classico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumq; vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.

SELECTORVM CARM.

Ergo aut adulta vitium propagine
 Altas maritat populos :
 Aut in reducta valle mugientium
 Prospektat errantes greges :
 Inutilesque falce ramos amputans,
 Feliciores inserit :
 Aut pressa puris mella condit amphoris,
 Aut tondet infirmas oues.
 Vel cum decorum mitibus pomis caput
 Autumnis aruis extulit :
 Ut gaudet insitiua decerpens pyra,
 Certantem & vuam purpura :
 Quam muneretur te Priape, & te pater
 Siluane tutor finium ?
 Libet iacere modo sub antiqua Ilice,
 Modo in tenaci gramine.
 Labuntur altis interim ripis aquae :
 Queruntur in syluis aues :
 Fontesque lymphis obstrepunt manantibus :
 Somnos quod inuitet leues.
 At cum tonantis annus hibernus Iouis
 Imbres niuesq; compara :
 Aut trudit acres hinc & hinc multa cane.
 Apros in obstantes plagas :
 Aut amite leui rara tendit retia,
 Turdis edacibus dolos :
 Pavidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem
 Iucunda captat premia.
 Quis non malarum quas amor curas habet
 Hæc inter obliuiscitur ?

Quod

P A R S I.

Quod si pudica mulier in partem iuuet
 Domum, atq; dulces liberos:
 Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
 Pernicis vxor Appuli:
 Sacrumque vetuſtis extruat lignis focum,
 Laſſi ſub aduentum viri:
 Claudensque textis cratibus latum pecus,
 Diſtenta ſiccet vbera:
 Et horna dulci vina promens dolio,
 Dapes inemptas apparet.
 Non me Lucrina iuuerint conchyliis,
 Magisve rhombus, aut ſcari,
 Si quos Eois intonata fluctibus
 Hyems ad hoc vertat mare.
 Non Afra auis deſcendat in ventrem meum,
 Non attagen Ionicus.
 Iucundior, quàm lecta de pinguiſſimis
 Oliua ramis arborum,
 Aut herba lapathi prata amanti, & grauis
 Maluæ ſalubres corpori,
 Vel agna feſtis caſa Terminalibus,
 Vel hœdus ereptus lupo.
 Haſ inter epulas, vt iuuat paſtas oues
 Videre properantes domum!
 Videre feſſos vomerem inuerſum boues
 Collo trahentes languido:
 Poſitosq; vernas ditis examen domus,
 Circumrenidentes Lares.
 Hæc vbi locutus ſænerator Alphius
 Iam tum futurus ruſticus,

SELECTORVM CARM.

*Omniem relegit Idibus pecuniam,
Quarit Kalendis ponere.*

EX LIB. EPOD.

Queritur de diuturnitate belli ciuilis.

*Altera iam teritur bellis ciuilibus atas:
Suis & ipsa Roma viribus ruit.
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porſenæ manus,
Æmula nec virtus Capua, nec Spartacus acer,
Nouisq; rebus infidelis Allobrox:
Nec fera carulea domuit Germania pube,
Parentibusq; abominatus Annibal.
Impis perdemus deuoti sanguinis atas:
Ferisq; rursus occupabitur solùm.
Barbarus heu cineres insislet victor: & urbem
Eques sonante verberabit vngula:
Queq; carent ventis & solibus, ossa Quirini,
Nefas videre dissipabit insolens.
Fortè quid expediat, communiter, aut melior pars
Milis carere queritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
Agros, atq; lares proprios, habitandaq; sana
Apris reliquit, & rapacibus lupis,
Ire, pedes quocunq; ferunt, quocunq; per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Afriens.
sic placet? an melius quis habet suadere? secunda
Ratem occupare quid moramur alite?*

Sed

P A R S I.

Sed iuremus in hæc: simul imis saxa venârint
 Vadis leuata, ne redire sit nefas:
 Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando
 Padus Matinalauerit cacumina:
 In mare seu celsus procurrerit Apenninus:
 Nouaq; monstra iunxerit libidine,
 Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere certis,
 Adulteretur & columba miluio:
 Credula nec fuluos timeant armenta leones,
 Ametq; salsa leuis hircus æquora
 Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulcès,
 Eamus omnis execrata ciuitas,
 Aut pars indocili melior grege: mollis, & exspes,
 Inominata perprimat cubilia.
 Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum:
 Etrusca præter & volate litora,
 Nòs manet Oceanus circumuagus: arua, beatâ
 Petamus arua, diuites & insulas:
 Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
 Et imputata floret vsq; vinea:
 Germinat & nunquam fallentis termes oliua,
 Suamq; pulla ficus ornet arborem.
 Mellis caua manant ex Illice: montibus altis
 Leuis crepante lymphâ desilit pede.
 Illic iniussa veniunt ad mulctrâ capella:
 Refertq; tenta grex amicus vbera:
 Nec vespertinus circumgemit vr;us ouile:
 Nec intumescit alta viperis humus.
 Pluraq; felices mirabimur: vt neq; largis
 Aquosus Eurûs arua radat imbribus:

Pin-

SELECTORVM CARM.

Pinguiâ nec fucis vrantur semina glebis,
Vtrumq; rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neq; impudica Colchis intulit pedem.
Non huc Sidoni torserunt cornua nautæ,
Laboriosa nec coheres Vlyssæi.
Nulla nocent pecori contagia: nullius astræ
Gregem æstiosa torret impotentia.
Iuppiter illa piæ secrevit littera genti.
Vt inquinavit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro durauit secula. quorum
Pis secunda vate me datur fuga.

LIB. I. EPISTOLARVM.

Ad Vinnium Afellam.

Vt proficiscentem docui te sæpè diuq;
Augusto reddes signata volumina Vinni:
Si validus, si letus erit, si deniq; poscet:
Ne studio nostri pecces, odiumq; libellis
Sedulus importes opera vehemente minister.
Si te fortè meæ grauis vret sarcina chartæ:
Abijcito potius, quàm quo perferre iuberis.
Clitellas ferus impingas, Afinaq; paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.
Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas.
Victor propositi simul ac perueneris illuc:
Sic positam seruabis onus, ne fortè sub alâ
Fasciculum portes librorum, vt rusticus agnum:
Vt vinosâ glomos furtiua Pyrrhia lana:
Vt cum pileolo soleas conuiuia tribulis.

Ne

P A R S I.

Ne vulgo narres te sudavisse ferendo
Carmina, quae possint oculos, auresq; morari
Caesaris. oratus multa prece nitere porro.
Vade, vale, caue ne titubes, mandataque frangas.

EX CLAUDIANO.

De Sene, qui iuxta Veronam consistens villa
sua nunquam egressus est.

Felix qui patrijs avum transegit in arvis:
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem,
Qui baculo nitens, in qua raptavit harena,
Vnius numerat saecula longa casa.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator timuit, non classica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicina nescius vrbis,
Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non consule computat annuum.
Autumnus pomis, Ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles, idemq; reducit,
Metiturq; suo ruficus orbe diem.
Ingentem meminit paruo qui gramine quercum,
Aequaeumq; videt consensisse nemus.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumq; putat, littora rubra lacum.
Sed tamen in domita vires, firmisq; lacertis
Aetas robustum tertia cernit avum.
Errat, & extremos alter scrutetur Iberos,
Plus habet hic vitae, plus habet ille via.

SELECTORVM CARM.

In lib. I. in Ruffinum.

Phæbeo domitus Python cùm decidit arcu,
Membræq; Cyrrhæo fudit anhelâ iugo.
Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu
Flumina, sanguineis tangeret astra iubis.
Iam liber Parnassus erat, nexuq; soluto
Cœperat erecta surgere fronde nemus.
Concussæq; diu spatiosis tractibus orni
Securas ventis explicuere comas.
Et qui vipereo spumauit sæpè veneno
Cephisus, liquidis purior ibat aquis.
Omnis id Pæan regio sonat, omnia Phæbum
Rura canunt, Tripodas plenior aëra rotat.
Auditq; procul Musarum carmine dulci,
Ad Themidis cœunt antra seuera deæ.
Nunc alio domini telis Pythone perempto,
Conuenit ad nostram sacra cæterua lyram.
Qui stabilem seruant Augustus fratribus orbem,
Iussitiam pacem, viribus arma regunt.

In Panegyri, de tertio Consulatu
Honorij Augusti.

Paruos non aquilis fas est educere foetus,
Ante fidem Solis, iudiciuq; poli:
Nam pater excusso salijt cum germine proles,
Ouaq; maternus rupit hiulca tepor:
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos;
Et recto flammâs imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, & luce magistra
Naturam, vires, ingeniuq; probat.

Dē-

P A R S I.

Degenet & refugo torfit qui lumine visus,
Vnguibus hunc seuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitq; acie nobiliore diem,
Nutritur, volucrumq; potens, & fulminis heres,
Gesturæ summo tela trifulca Ioui.
Me quoq; Pieris tentatum sæpius antris
Audeat magna suo mittere Roma deo.
Iam dominas aures, iam regia tecta meremur,
Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

D E N I L O.

Felix qui Pharias proscindit vomere terras,
Nabila non sperat tenebris condentia cælum,
Nec grauius flantes pluuiæ ali frigore Coros
Inuocat, aut arcum variat a luce rubentem.
Ægyptus sine nube ferax, imbresq; serenos
Sola tenet, secura poli, non indiga venti.
Gaudet aquis quas ipsa vehit, Niloq; redundat,
Qui rapido tractu medijs elapsus ab Austris,
Flammifera patiens zona, cancriq; calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet: nec contigit vlli
Hoc vidisse caput: fertur sine teste creatus.
Flumina profundens alieni conscia cæli.
Inde vago lapsu, Libyam dispersus in omnem,
Æthiopum per mille ruit migrantia regna,
Et loca continuo Solis damnata a vapore
Irrorat, populisq; salus sitientibus errat,
Per Meroen, Blemiasq; feros, atramq; Syenem.

E

Hunc

SELECTORVM CARM°

Hunc bibit effrenis Garamas, domitorq; ferarum
Cyrrens, qui vasta colit sub rupibus antra,
Quiramos hebeni, qui dentes vellit eburnos.
Et gens compositis crinem velata sagittis.

Nec verò similes causas crescentibus vndis
Vt tempus meruit: glacie non ille soluta,
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.
Nam cum trislis hyems alias produxerit vndas
Tunc Nilum retinent ripæ: cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumescit.
Quippè quod ex omni fluuio spoliauerit æstus,
Hoc Nilo natura refert, totumq; per orbem
Collectæ partes vnum reuocantur in amnem.
Cumq; die Titana canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venasq; calore
Compescit, radijsq; potentibus æstuat axis,
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo.
Defectis solitum referens cultoribus æquor,
Effluit Aegæo stagnantior, acrior alto
Ionio, seseq; patentibus explicat aruis.
Fluctuat omnis ager, remis sonuere nõuales.
Sæpius æstiuo iaceat cum fortè sopore,
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

IN ALETHIVM QVAEST.

Sic non Aethiopum campos æstate pererrem,
Nec brumam Scythico sub Ioue nudus agam:
Sic non imbriferam noctem ducentibus hedis,
Ionio credam turgida vela mari.
Sic non tartareo furiarum verbere pulsus,
Irati relegant carmina Grammatici.

Nulla

P A R S I.

Nulla meos traxit petulans audacia sensus,
 Liberior iusto nec mihi lingua fuit.
 Versiculos fateor non cauta voce notavi,
 Heu miser ignorans, quàm graue crimen erat.
 Orpheos alij libros impune lacesunt,
 Nec tua securum te Maro fama vehit.
 Ipse parens vatum princeps Heliconis Homerus,
 Iudicis excepit tela seuera nata.
 Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus,
 Neuter enim quæstor, pauper vterq; fuit.
 En meueo plausus, & pallidus omnia laudo,
 Et clarum repeto terq; quaterq; sophos.
 Ignoscat placidus tandem flatusq; remittat,
 Et tuto recitet quodlibet ore placet.

DE APRO ET LEONE.

Toruu aper, fuluusq; leo coiêre superbis
 Viribus, hic setis, sauior ille iuba.
 Hunc Mars, hunc Cibeles laudet, dominatur vterq;
 Montibus, Herculeus sudor vterq; fuit.

De Torpedine.

Quis non indomitam miræ torpedinis artem
 Audiit & merito signatas nomine vires?
 Illa quidem mollis, segniq; obnixa natatu
 Reptat, & attritis vix languida serpit arenis.
 Sed latus armauit gelido natura veneno.
 Et frigus quo cuncta rigent, armata medullis
 Miscuit, & proprias hyemes per viscera duxit.
 Naturam iuuat ipsa dolis, & conscia sortis

SELECTORVM CARM.

Vtitur ingenio, longeque extenta per algas
Hac confisa iacet: successu leta resurgit,
Et viuos impunè ferox depascitur artus.
Si quando vestita cibus incautior æra
Hauferit, & curuis frenari senserit hamis.
Non fugit, aut vano conatur vellere morsu
Sed propius nigra iungit se callida setæ
Et meminit captiua sui, longeque per vndas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per setam vis alta meat, fructusque relinquit
Absentem victura virum; metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila secutus
Transit arundineos arcano frigore nodos,
Victricemque ligat concreto sanguine dextram,
Damnosum piscator onus, prædamque rebellem
Iactat, & amissa redit exarmatus habena.

IN TERTIVM PANEG. DE
laudibus Stiliconis.

Maior Scipiades, Italis qui ductus ab oris
In proprium vertit Punica bella caput,
Non sine Pierijs exercuit artibus arma.
Semper erat vatium maxima cura duci.
Gaudet enim virtus testes sibi iungere Musas:
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.
Ergo seu patrijs primæuis manibus vltor,
Subderet Hispanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuspide vires,
Inferret Libyco signa tremenda mari:

Here-

P A R S I.

Haerbat doctus lateri, castrisq; solebat
 Omnibus in medias Ennius ire tubas.
 Illi post lituos pedites fauere canenti,
 Laudauitq; noua caede cruentus eques.
 Cumq; triumpharet gemina Carthagine victa,
 Hanc vindex patris, vicerat hanc patria.
 Quum longi Libyam tandem post funera belli
 Ante suas mœstam cogeret ire rotas.
 Aduexit reduces secum victoria Musas,
 Et sertum vati Martia laurus erat.
 Noster Scipiades Stilico: quo concidit alter
 Annibal, antiquo seuior Annibale,
 Te mihi post quintos annorum Roma recursus
 Reddidit, & votis iussit adesse suis.

DE CRYSTALLO.

Lympha, quæ tegitis cognato corpore lymphas,
 Et quæ nunc estis, quæq; fuistis aqua.
 Quod vos ingenium iunxit? quæ frigoris arte
 Torpuit, & maduit prodigiosa filex?
 Quis tepor inclusus securas vendicat vndas?
 Interior glacies quo liquefacta Noto?
 Gemma quibus claustris arcano nobilis aestu,
 Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?
 Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
 Sumebat, nimio iam pretiosa gelu.
 Nec potuit toto mentiri corpore gemmam;
 Sed medio mansit proditor orbe latex.
 Auctus honor, liquidi crescunt miracula saxi,
 Et conseruata plus meruistis aqua.

SELECTORVM CARM.

Aspice correptam splendenti fragmine venam,
 Qui trahitur limes lucidiore gelu.
 Hic nullum boream, nec brumam sentit opacus,
 Humore, sed varias itq; reditq; vias.
 Non illum constrinxit hyems, non Sirius axis,
 Aetatis spatium non tenuauit edax,
 Clauditur immunis conuexo tegmine riuus,
 Duratisq; vagus fons operitur aquis,
 Nonne vides proprij, vt spumet gemma lacunis?
 Et refluos ducant pocula bina sinus?
 Vdaq; pingatur radijs obstantibus Iris,
 Secretas hyemes sollicitante die?
 Mira silex, mirusq; latex, qui flumina vincit,
 Et lapis est merito, quod fluit & lapis est.
 Dum Crystalla puer contingere lubrica gaudet,
 Et gelidum tenero pollice versat onus,
 Vidit perspicuo deprensas marmore nymphas,
 Dura quibus solis parcere nouit hyems.
 Et siccum relegens labris sitientibus orbem,
 Irrita quaesitis oscula figit aquis.
 Marmoreum nec sperne globum, spectacula transit
 Regia, nec rubro vilior iste mari.
 Informis glacies, saxum rude, nulla figura
 Gratia, sed raras inter habetur opes.

In sphaeram Archimedis.

Iuppiter in paruo cum cerneret aethera vitro,
 Risit, & ad superos talia dicta dedit:
 Hucine mortalis progressa potentia cura?
 Iam meus in fragili luditur orbe labor.

Iura

P A R S I.

Iura poli, rerumq₃ fidem, legesq₃ virorum,

Ecce Syracusius transtulit arte senex.

Inclusus varijs famulatur spiritus astris,

Et viuum certis motibus vrget opus.

Percurrit proprium, metitur signifer annum,

Et simulata nouo Cynthia mense redit.

Iamq₃ suum voluens audax industria mundum,

Gaudet, & humana sidera mente regit.

Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?

AEmula naturæ parua reperta manus.

In pictorem deæ Echus. Ex Ausonio.

Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,

Ignotamq₃ oculis sollicitare deam?

Aëris & lingua sum filia, mater inanis.

Indicij, vocem quæ sine mente gero,

Extremos pereunte modos à sine reducens,

Ludificata sequor verba aliena meis.

Auribus in vestris habito penetrabilis Echo.

At si vis sum lem pingere, pinge sonum.

In tumulum hominis felicis.

Sparge inero cineres, & odoro perlue nardo

Hospes, & adde rosas balsama puniceis.

Perpetuum mihi ver agit illachrymabilis vyna,

Et commutauit secula, non obij.

Nulla mihi veteris perierunt gaudia vitæ.

Felix, seu memini, siue nihil memini.

Exhortatio ad modestiam.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,

Atq₃ abacum Samio sepe onerasse luto:


Fercula

SELECTORVM CARM. PARS I.

*Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et misceret opes pauperiemq; simul,
Querenti causam respondit. Rex ego qui sum
Sicania, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicumq; repente
Diues ab exili progrediére loco.*


FINIS PRIMAE PARTIS.





AB
338
(2)





SELECTO⁵
RVM CARMI-
NVM EX ANTIQVIS
POETIS

PARS PRIMA,
IN USVM IUVENTVTIS
*iuxta exemplar Romanum
excusa.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica, sumptibus
Hermanni Mylij.
ANNO M. DC. XVII.

